

busq; annis mota fuisse gradus i. mi. primis xxxiii. fere. Præterea ab Alfonsi æra vsq; ad annos domini 1514. completos tranfierunt anni Rhomani seu bisextiles 262. dies 213. & velut patuit fixorū siderū in zodiaco motū inter Alfonsi regis æram et annos domini 1514 cōpletos extitisse gra. iiii. primorū minorū v. secundorū xix. De his itaq; sumpta portione, quanta sunt anni 100. de annis 262. diebus 213. Constabit stellas non erraticas, inter Altonsum & annos dominicæ incarnationis 1514. completos motas fuisse in centenis annis gradu i. & proxime minutis primis x. At iam patuit easdem stellas inter Clau. Ptolemæum & Altonsum regem motas fuisse in centenis annis gradu vno & primis minutiis xxxiii. fere. Igit̃ liquet fixa sidera inter Pto. & Alfonsi æras velocioris fuisse motus quā inter eundem Altonsum & annos domini 1514. completos, quod oportebat hæc tēnus demonstrare.

#### PROPOSITIO VI.

Fixorum siderum in signifero motū quadringentis fere annis ante Ptolemæi æram pene fuisse vniformem & æqualem declarare. Id Ptolemæus in sua magna constructione de motu stellarum passim ostendit, fixa videlicet sidera ante se suāq; de illis obseruationē per quadringentos ferme annos in quibusq; centenis annis mota fuisse singulis tantum gradibus. Si itaq; fixorum siderū motus per quadringentos annos in singulis annorū centenariis singulos perfecerint gradus. Consequēs itaq; est eundem fixorū siderum motū ante Ptolemæum per quadringentos annos fere vniformem & æqualem extitisse.

#### PROPOSITIO VII.

Quod ad saluandam iam ostensam in motu fixorū siderū diuersitatem necesse sit subūcere in concauitate decimæ sphæræ duos paruos circulos æquales & per diametrū mundi oppositos quorū poli seu vertices consistant in ecliptica eiusdem decimæ sphæræ, in quibus quidē paruis circulis duo puncti super ecliptica nonæ sphæræ, item per diametrū distantes reuoluantur, perspicuum efficere. Sit ecliptica decimæ sphæræ a b c. & mundi centrū d. polus eiusdē eclipticæ signū e, & polo b, signo